



1676.

1. Roth, Eberhard Raddepius: De more, quo rei olim
apud plures Europaeos populos per forum causas,
ardentes proues, ragamque probantur

1678

1. Roth, Eberhard Raddepius: De prudenter triplice legum
latrice, consultatrice et iudicioria

1683.

1. Roth, Eberhard Raddepius: De Iustis patriae

- 1699
1. Ringmacher, Daniel: Requisita boni politici et iusta
cum visu ac modis hue presentibus

1706.


1. Algoerius, David: De maledicis et malhomatibus

ucc. p. 2, 5, 7. Cad. h. t.

1731

1. Frickius, Joannes Georgius: De druidis occidentibus
populorum philosophis

1766.
1. Mitterius, Isacco Rthus: De Adoptione pro comen apud
Carbam



1766, 1
262, 1

DE
ADOPTIONE
PER COMAM ATQVE BARBAM

PROLVSIO HISTORICO - CRITICA

AVCTORE

IOANNE PETRO MILLERO

GYMN. VLM. RECTORE, HISTORIARVM ET GRAECAE LINGVAE
PROF. PVBL. ORD. REIPVBLICAE PATRIAE BIBLIOTHECARIO,
ELECTORALIS ACADEMIAE SCIENTIARVM BOICAE SOCIO
EXTRANEO, SOCIETATIS ELEGANTIORVM LITTERARVM
LIPSIENSIS COLLEGA, ATQVE ITEM SOCIETATI LATINAE
IENENSI, AC DVCALI TEVTONICAE HELMSTADIENSI
ADSCRIPTO HONORARIO.


V L M A E,

APVD AVG. LEBR. STETTIN.

THEATRUM ADOPTIONIS
THEATRUM ADOPTIONIS
THEATRUM ADOPTIONIS

THEATRUM ADOPTIONIS
THEATRUM ADOPTIONIS
THEATRUM ADOPTIONIS

stud
que
tun
lion
ind
two
two
ri,



Iuuat aliquando, et ciuilis rei itidem, ut sanctioris, interest, uidere non solum, quae rudimenta artium ac doctrinarum fuerint, a quibus hodie tot uitiae instruendae leges ac praesidia pectuntur; sed et illa hominum priscorum instituta, quibus qualecumque corpori conciliare cultum studuerunt, paullo altius considerare: maxime si ipsa actas nostra ritus aliquos obferuet, qui ad ueteres relati aliquam similitudinem referre uideantur, et in se spectati, id est, ignoratis rerum originibus, nunc iusto uihiiores, nunc religiosiores etiam, existimari queant. Interim si uaria iam inde ab initio mortalium ingenia fuerunt; quid miramur, γένες διαφέρειν τῶν ἀνθρώπων, ἄλλα δ' ἄλλοις παλέ· παλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα ποτεν καὶ σωζεν, leges atque instituta apud homines diuersa esse; aliis honesta alia uideri, at honestum esse omnibus, domestica ornare ac tueri ^{a)}? Ita olim sensu suo

[a] 2

a) PLVTARCHVS In Themistocle, p. 125. Tom. I. opp. ed. Francof. 1620.

4
De adoptione

fuo abundarunt populi, et recentiores, ueluti ius aequum in his rebus debeat inesse, pariter abundant; eo scilicet euentu, ut hi aliquando rem quantius esse pretii existimant, quam alii, ut ueteres loquuntur, ne pili quidem faciunt.

Et uero de ipsis pilis quaedam commentari animus est; ne quis ea tantum, quae ab hominis ingenio proficiscuntur, a diuersis tam ancipiit opinione excipi, rumoribus variis differri arbitretur, sed et ista pari in discrimine uersari sciatis, quea Natura, alma parens illa, quam nil frustra facere, unanimi propemodum conuersi sapientiores profitentur, quoquo aeuo omnibus ac singulis tribuere consuevit. Quid enim? annon ipsum quoque principem humani generis caesarie et barba, coniugemque eius coma, pulchre conuestitos esse iudicemus: quem eorum certe posteri ad unum omnes capillati sint, et masculi, ut primum fere ex ephesis excessere, mentum suum molli aliqua lanagine, quea mox in barbam exeat, uiriliter ornari sentiant? Nimirum princeps illud facultatum animae sacra-rium non heri demum, nudiisque tertius, plantarii ad instar conferi tot pilis debuit; si quidem hi, ceu pridem docuit GALENVS b), ea fine dati sunt a deo, ut humoribus plus iusto adfluentibus ehibant aliiquid, quod partibus subiectis noxae esse possit, atque item, ut id ipsum caput contra aeris et alias iniurias operiant quodammodo, ac tueantur. Sed haec usum forte, ac necessitatem capillorum in humano capite euincunt; eos uero tamquam partem aliquam humani corporis souendos, aut omnino nutriendos esse ad luxuriem, haud quisquam temere efficiet; nisi qui fortassis, unguis etiam in digitis non esse praefecandos, cogere ac demonstrare ualeat, quorum auctu nimio hoc tamen euenturum esset, ut hac parte feris, quam hominibus, similiore, ad quamplurimos labores minus apti redderemur. Concludamus ergo potius, naturae nihil interesse, siue quis hac, siue illa ratione, isthac eius manere ad ualeritudinem, ad dignitatem status sui indicandam, et ad decus, quod in gente qualibet censetur tale esse, abutatur; dummodo id ipsum, quod efficitur, cum honestate sit coniunctum, et praeterea in damnum multitudinis nil adsciscatur, quo, ut Cicero alicubi loquuntur.

b) *De usu partium Corp. hum.* L. XI. c. 14.

c) Eruditte multa hanc in rem collegit HADR. IVNIVS, *commentario de coma*, c. IV. cui adiungi potest ANT. HOTOMANNVS, *dialogo de barba*, quem C. Plantinus a. 1586. edidit.

d) NVMER. VI. 1. seqq. Et contendi inter se de hoc argumento possunt I. SPENCERVS, *de legibus Hebreorum iudaicis*, p. 694. seqq. ed. Tubing. 1732. et I. M. DIL.

loquuntus fuit, prima etiam naturae commoda eidem auferantur. Atque fallor sane, aut in his similibusue rerum attributis ratio quaerenda est, cur antiquissimis temporibus permulti comam a natura datam alere, et contra multi radere, uel etiam tondere illam, satius existimauerint; itemque cur nonnulli, ritu veteri relieto, alium priori plane etiam oppositum sectari coeperint. Nec enim nimis operosum aut difficile faturum esset, de pleisque populis uetus, quid in ea re probarint publice, et quando, mente ueluti mutata, alias transierint in mores, commonstrare: nisi hoc maiorem partem alii iam exequuti essent ^{c)}, ac potissimum, si illud ratio praefensis instituti posceret.

Sunt uero, quae post illa generatim dicta paullo explanatus commemorare attinet. Primum fuerit, opinionem, quam antiquitus nonnulli de honore capillorum animis fouerunt, matrem etiam uideri plurium institutorum, quem sacrorum, tum ciuilium, a quibus reliqua, inferius dicenda, ortum suum itidem ceperunt. Caeterum an sacra illa deriuanda sint a lege DEI, qua Naziraeatus instituitur ^{d)}; an uero populi, errore superstitionis capti, per se, ante Moisen, crinibus promissis aliquam adfinixerint religionem? uiderint, qui ad unius immortalis DEI gloriam id pertinere autumant, ut, quidquid in profano numinum ficticiorum cultu a piorum ritibus haud multum discrepat, simpliciter et indiscriminatum ad ναοῖς θεῶν genii inferni relegetur. Ut ut erit, certa quidem Mosis, hominis diuini, aetas est; sed quosnam ritus populi, a ueri Numinis cognitione longis ante facieulis alienati, pridem, id est, ante tempora Mosaiaca, coluerint, et quos deinceps adoptarint, ordine et singulatim indicare, si quid ipse uideo, in promtu non per omnia habemus. Stet uero in hac dubitatione firmum, gentes diis deabusque suis comam non fuisse adscripturas ^{e)}, nisi illam inter ornamenta corporis, quo et ipsi sunt instructi, posuissent: sicuti eorum sacerdotes etiam non alia de cauſa magis quam cæsariem, tum barbam, aliisque sunt existimandi, quam ut eis, tamquam grauitatis sanctimoniacaque symbolis, maiorem sibi uenerationem apud populos conciliarent.

[a] 3

Alte-

DILHERRVS, tom. II. Disput. academ. IX. p. 162, et 199. nec non I. G. CARP-ZOV. in *Apparatus līt. crit. Antiquitatum S. Codicis*, p. 154. scq.

^{c)} Exemplo esse poterunt Neptunus πανταχόν, erines carnales seu migrantes habens, apud PHVRNVTVM, de nat. deor. c.XXII. Phœbus αἰετούμενος, intus, ap. HOMERVM, Iliad. V. u. 39. et χειροκόπειος, auricomus ap. PINDARVM, Olymp. S. p. 156. ed. Er. Schmidii. Pan φρεγάριος, hirticomus, in ANYTAE epig. p. 96. ed.

I. C.

Alterum, quo ad faciliorem rei explicandae intellectum ducimur, propinquam citra dubium cum illo altero cognationem habet. Capillos nempe suos, tanti aestimatos, numini cuidam, prout ferebat usus, uoto aliquo suscepto dedicare, feminis uirisque uifum est. Nazirae illud lege disertissime expressa faciebant ^{f)}: reliqui eamdem prope rem diuerfis rationibus adducti, et in primis quoque ualeutinis feruandas caufa ^{g)}, sensim paullatimque, ceu opinor, adscuerunt. Certe quidem feminas non tantum pro se ipfis, uerum etiam pro aliis, eiusmodi obstringi uoto, rebus suis et una religioni consentaneum exiftimasse, ueteres non uno tantum loco prodiderunt. Prioris rei argumentum est *T'yeias ἄγαλμα, Hygiea signum, a PAVSANIA b) relatum, et quod εἰν ἀν Ιδοις, ait, φρέσιως, ἡτο περίεχεν ἀντό πόμα τε γυναιῶν, ἢ νέσσονται τῇ βεφ, καὶ ἐσθῆτος βαθύλανίκης τελεμῶνες, non facile conficias, quum mulierum, quae in honorem deae dentdentur, comae, laciniaeque uelis Babyloniae, id fere obtegant.* Posterioris pietatis singulare etiam exemplum praebet Berenice, Ptolemai uxor, quae, si uictor redditurus esset ille, crinem deae uouit, ac damnata uoti eum Veneris in templo posuit: quamquam is postridie ablatus, atque hinc, mirabil Cononis mathematici intento, septem stellis inter fidera fulgere uifus est ⁱ⁾. Sed promiscue cuius sexui, aetati, atque item gentibus diuerfis, eam uelut consuetudinem familiarem exiftisse, facili negotio efficitur. Si antiquis fabulis credendum esset, Osirin autorem quoque huius ritus dicere licet. Ita enim DIODORUS refert ^{k)}, "Οσιρις ἐνξάρπενον τοῖς θεοῖς θρέψειν τὴν πόμην, μέχεις ἀν εἰς Αἴγυπτον ἀνακαμψή, τὴν πορείαν ποιεῖσθαι δι Αἴθιοπας" δι ἦν αἰτιαν μέχει τὸν ιωσητέρον χρέον εἴνεχότει τὸ περὶ τῆς κόπης νόμιμον παρ Αἴγυπτοις, καὶ τὰς ποιεύεται τὰς ἀποδείξις μέχει τῆς ἐσκούσανομοδίης πομποφορεῖν, Osirin, quum uota diis nuncupasset de caefarie alenda, donec in Aegyptum revertisset, peragrassē Aethiopiam; bac de caufa autem ad recentiora usque tempora religiosum apud Aegyptios inuauissem morem, ut, qui fusciperent peregrinationes, ad redditum usque siuam comam nutrient, uidelicet ut numini deuotam, cui pothac illam reſecare eadem religio praecipiat. De Graecis praeceipue intelligendum esse IVLIVM POLLVCEM

I. C. Wolfii. Ceres οὐρανίας, pulchritudina, ap. HOMER. odyss. E. u. 125. Plura excitare loca ofitum foret.

f) NVMER. VI. 5.

g) CENSORINVS, de die natali, C. I. quidam etiam pro cætera bona corporis ualeutine crimen des sacrum pafceabant. Conf. I. TOLLII Fortuna, p. 71, sq.

h) In Corinth. c. XL. p. 137. ed. I. Kuhni.

i) vid. HYGINVS in poet. affronom. c. XXIV. in Mythogr. Th. Munckeri, Amitel. 1681. et CATULLVS, singulari carmine, quod Comam Berenices inscript.

CEM reor Ω, ἔτρεφόν τινες, inquietem, εἰ πλαγίε κόμην, ή μακόπιν, ή
ὑπὲρ τὸ μέτωπον, ποταμοῖς, ή θεοῖς. καὶ ὄνομά τε πλοχμὸς, ή σκόλις,
ή σειρὰ τεχῶν. Nutriebant quidam comam in obliquum uergentem, aut super
tergum, aut frontem, fluminibus scilicet, aut diūs consecratam; quae πλο-
χμὸς, aut σκόλις nominabatur, aut pilorum catena. **LVCIANVS**^{m)}, post-
ea quam Assyrii in re quadam cum solis conspirare Graecorum Troeze-
niū admonuisset, ita pergit: Τροιζήνιοι τῆσι παρθένοις καὶ τοῖσι ἡθέοις νό-
μον ἐποίησαντο, μή μιν ὀδός γεμονέει, περὶ Ἰππολύτῳ πόρου πειραθεῖται,
καὶ ὅδε ποιέσθι. τέτοιοι ἐν τῷ ιερῷ πόλει γένεται. οἱ μὲν γενίαι τῶν γενεῶν
ἀπάρχονται τοῖσι δὲ νέοις πλοκαῖς ἵερα ἐν γενετῇς απιασι. τέσ, ἐπειάν ἐν
τῷ ιερῷ γένεσθαι, τάμνεσθαι τε. καὶ ἐς ἄγγελον παταβέντες, οἱ μὲν ἀργύρει, πολ-
λοὶ δὲ χεύσεα ἐν τῷ νῷ προστηλώσαντες ἀπίστοι, ἐπιγεύσαντες ἕπασι τὰ ἐνό-
ματα. **Troezennii** uirginibus et adolescentibus legem statuerunt, ne quis nuptias
iniret prius, quam Hippolyto comes totondisi: faciuntque hoc pacto. **Hoc**
etiam fit in Sacra Ciuitate. Adolescentes quidem barbas suas conferrant. Ju-
uenibus autem capillos a natuitate sacros demittunt, quos, quum in templum
uenere, refecant, et in uasa depositos, alii quidem argentea, multi uero aurea,
in aede adfigunt, abeuntque, inscripto unius cuiusque nomine. Quod autem
illi Hippolyto, hoc alii Apollini, uel cuiuscunq; libuisset, deo, facie-
bant. **PLVTARCHVS**ⁿ⁾: ἔθες ὃντος ἐτί τότε τὰς μεταβαίνοντας ἐτε
παῖδες, ἐλθόντας εἰς Δελφὸς ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἥλε μὲν εἰς Δελ-
φὸς ὁ Θυσέος, κ. τ. λ. Quum sollempne etiamnum tunc fuisset, ut, ex pueris
qui excedebat, profecti Delphos comea primitus Apollini sacrarent, adiit Del-
phos Theseus, eact. Atque haec sufficient, opinor, ad probandum, Grae-
cae institutionis (quamquam et hi pleraque ab aliis sunt mutuati) paene
omnia fuisse, quae Romani in capillis atque barba conferrandis facere fucue-
runt. Quocirca autem meminisse refert, tardius Romanos adoptasse mo-
rem istum, quum post V. C. ad annum usque CCCCLIHI. ne tonsores qui-
dem aliquos habuerint ^{o)}. P. Scipionem Africanum, minorem quadragin-
ta annorum barbam rasissime, A. GELLIVS ^{p)} aliquando miratus est, qui
tamen, uiros nobiles iisdem temporibus idem in eiusmodi aetate obseruasse,

non

K) *Bibl. hifl. L. I.* p. 16. ed. L. Rhodomanni.

I) *Onomast. L. II.* c. 3. n. 30. ed. Tib. Hemsterhuis.

m) *De Syria dsa*, extr. quiccum conferendus est **EVRIPIDES**, in *Hippolyto*; u. 1423. seqq.
et quod attinet ad gentes alias, **CALLIMACHVS**, *lymn. in Delium*, u. 296. seqq.
ubi EZ. SPANHEMIVM simili audire interest, *obseru.* ad h. l. p. 507. seq.

n) *In Theseo*, p. 2. ed. Francof. 1620.

o) *PLIN. hifl. nat. L. VII.* c. 59. sect. 59.

p) *Noth. art. L. III.* c. 4.

non infinitatur. At sub Caesaribus res illa frequens non tantummodo, sed follemnis, et cum religione etiam coniuncta fuit. C. Caesar Caligula quidem, ut a SVETONIO ^{v)} accepimus, accitus Capreas a Tiberio, uno atque eodem die togam sumxit, barbamque posuit: sine illo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius. At Nero Caesar ^{v)} Gymnico, quod in Septis edebat, inter butyiae adparatum, barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem, et pretiosissimis margaritis adornatam, Capitolio, i. e. Ioui Capitolino, consecravit. Idem sibi faciendum alii putarunt, sed tamen alium quem voluerunt, deligentes deum, veluti Encolpus apud MARTIALEM ^{s)} totos a uertice crines Phoebo uouit; Earinus autem ^{t)}

Pergameo posuit dona sacra deo.

Mittam testes reliquos, unumque adhuc IV VENALEM ^{u)} excitabo, propterea quod ille diem, quo hanc *barbatoriam* ^{x)} fecerunt, quavis anni lactitia, conuiuioque ex muneribus clientum fere adparato, celebratum esse indicat:

*Ille metit barbam, crinem hic deponit amati:
Plena domus libis genialibus.*

Sed quid rem emortuam, uerissimaque corporis humore abundantis recrementa, Numini sacrare et offerre placut? Enimuero rem dicamus, quae perinde aestimanda, uti populus illius pretium, ex usu, uel opinione aliqua constituit. Audiamus ARISTOTELEM ^{v)}: ἐν Λασιδίμονι πομῶν, παλάν. ἐλευθερίας γάρ σημεῖον. ἐγάρ ἐσι πομωντα βάσιον ἐδὲν ποιεῖν ἔργον θητικόν. νει τὸ μηδείαν ἐργάζεσθαι βαναντον τέχνην. ἐνεύθερα γαρ τὸ μη πρός αἴλον ζην. Lacedaemonem comam alere pulchrum babetur. Libertatis quippe signum est: non enim facile quis, cui coma est prolixior, seruile opus, aut vulgarem artem exercuerit. Viviare autem aliis non seruientem, liberi est hominis. Sane quidem Persae in oraculo apud HERODOTVM ^{z)} criniti adpellantur; et fortasse Lyci in coma sua itidem ingenuum et liberale, nescio quid, inuenierunt, quum Mausoli regis loculos opibus explere suis, quam tende-

ri,

^{u)} In *Caligula*, c. X.

^{v)} Ibid. in *Nrone*, c. XII.

^{s)} *Epyramne*, L. I. 32. ed. L. Smids.

^{t)} Ibid. *eprig.* L. IX. 17.

^{u)} *Satyr.* III. u. 186. f.

^{x)} Licebit, credo, verbum usurpare, quod unus hac in re PETRONIVS adhibuit.

Satyr. n. LXXIII.

^{y)} *Rhetor.* L. I. c. 9.

^{z)} *Hist.* L. VI. n. 19.

ri, malling ^{aa)}. Quo minus igitur mirandum erit, si capillos quoque effudisse Parbos, Germanos nodo unxitisse, atque Scythas sparsisse audiamus ^{bb)}, uniueros quidem populos antiqua libertate, et iuris conscientia ferocientes, quibuscum Gothi, inter ipsis Scythas aliquando numerati, haud immerito consociantur; utpote qui ritu Thracum uetusissimo pendulam ab aure caesariem alentes ^{cc)}, Theodorico ipsis imperante, Capillatorum nomine ^{dd)} pre aliis quibusque insigniri gestierunt: sicuti et Stilichonis aevo

*Crinigeri sedere patres, pellita Getarum
Curia ee).*

Et his uisis, quid referre Galliam Comatam attineret? Memoratu dignius est, apud Francos singulare quoddam ius fuisse capilliti; quo praeter reges et regali stemmate prognatos, nobilissimosque adeo, quam diu prima stirps Merouingorum floruit, haud sane alii cuiquam uti licuit: quapropter illi quoque Crinitorum nomen eminenti quadam ratione fibimet imponi passi sunt, et hisce crinibus dignosciri potuerunt, et spe regni excidisse uisi sunt, quum primum cis isto capillorum, in flagella digestorum, decore multari contigit. AIMOINV^S ^{ff)}: Faramundo - - filius successit Clodio crinitus: illo in tempore Francorum reges criniti habebantur. Et alibi ^{gg)}: Gundobaldus, ait, in Gallis natus, moreque regum a matre sua emutitus, uti consuetudo antiquis Franciae fuit regibus, capitis comam gerebat profusam. GREGORIVS autem Turonenis ^{hh)}, Gundobaldus, inquit, quum natus esset in Gallis, et diligenter cura nutritus, (ut regum istorum mos est,) crinium flagellis per terga demissi, litteris eruditus, Childeberto regi a matre represeatur. - - Nuntiantur haec regi Clothario: misitque fratri nuntios, dicens: dimitte puerum, ut ueniat ad me. Nec moratus ille (Childebertus) iuueniem fratri direxit. Quo uiso Clotharius iussit teneri comam capitinis eius, dicens: hunc ego non generavi. caet. Et ipse Gundobaldus ⁱⁱ⁾: Quod me Clotharius pater meus exossum babuerit, habetur incognitum nulli: quod autem ab eo, uel

dein-

aa) ARISTOTEL in Oecon. L. II.

bb) SENECA, epist. CXXIII.

cc) vid. SIDON. APOLLINAR. L. I. ep. 2, et ad eum not. I. Sauaronis.

dd) vid. CASSIODOR. variar. L. IV. in inscriptione epist. XLIX. et IORNANDES de reb. Geticis, C. XI.

ee) CLAVDIANVS, de bello Getico, u. 481. f.

ff) De gestis Francor. L. I. c. 4, in Corpore Francicœ hist. veteris M. Freheri.

gg) Lib. III. c. LXI.

deinceps a fratribus, sive tonsuratus, manifestum est omnibus, eae. Eodem modo, de successionis in regno spe, per tonsuram abolenda, uerba regum Childeberti et Chlotarii ad Crothildem ^{kk)}: *utrum incisis crinibus filios suos uiriue iubeat, an utrumque singulari? capienda esse, certi sumus; quod hoc loco non adnotaremus, nisi plures hodieque AIMO IN V M* ^{ll)}, qui de clericatu eadem interpretatus fuit, sequentur: etiam si FRANC. HOMANNVS ^{mm)} meliora dudum edocuerit. De barba unam rectio sententiam CLEMENTIS Alexandrini ⁿⁿ⁾, qui DEV M uiros, sicuti leones, barba exornasse, et hirsuto pectore, quod sit roboris imperique signum, instruxisse autumat, tantique pilos istos fieri a DEO tradit, ut simul cum prudentia hominibus adesse iussit.

Age nunc, iam complanata uia est. Comam itidem, ut barbam, libertatis, uiriumque, seu omnino fortitudinis, quin nobilitatis etiam, et sapientiae ipsius symbolum, saltim apud populos complures, extitisse confitendum est. Si postremum hocce nondum satis pateat, en, *capillum adspice seruilem*, qua paroemia non tam feruum aliquam, quam hominem, qui raso capite in libertatem vindicatus, sed simul indoctus, rudis, stolidusque in agendis rebus erat, veteres significabant; ita quidem, ut mulieres Athenis, *την αὐδερποδόνη τρίχα ἔχοντας ἐπὶ τῷ ψυχῇ ὑπ' αἰγαῖς,* seruilem capillum adhuc in anima prae inscrita circumferre ^{oo)} eos dixerint, qui barbaricum spirantes adulentur ciuitati, neque uerum consequantur. De philosophorum barba nihil hic consulto dicimus; quippe iam ad alia progradientes, quae ex modo dictis lucem suam capient.

Atque memores nimurum sumus, ueteres capillos suos posuisse diis. Quid? an eos aliud quid isthoc munere oblato intendisse arbitremur, quam ut gratos sepe his numinibus praefestarent, tutelae corundem se committerent, et in ipsorum ditione atque arbitratu se uicturos, sanctius pollicerentur? Talia numinibus promittere, fraudi, ceu opinor, nulli esse

hh) *Bijdr. L. VI. c. XXIII.*

ii) Ap. GREGOR. TVR. L. VII. c. XXXVI.

kk) Ibid. L. III. c. XIX.

ll) d. I. L. II. c. XII.

mm) In *Francogallia*, p. 81. f.

nn) *Pædagog. L. III. c. 3.*

esse poterat: quemadmodum et libertatem suam prodere non videbatur, quisquis hominum superiorem semet ipso agnouisset deum. Inde procul dubio hic ritus eam indolem habere vifus est; ut sanctiore caerimonia purgatus, alio colore, facile a quouis pio suscipi et obseruari posset. Scilicet ecclesia, ut illam Christi ciuitatem Graeco nomine adpellant, ea etiam in re profanas gentes imitari ausa est, utra prior, Graeca, an Latina, equidem non dixerit, certe tamen utraque mature fatis, ut quamplurima ostendunt. ISIDORVS Hispanensis: *tonfurae ecclesiasticae vifis*, inquit, *a Nazareis, nisi fallor, exortus est pp.* Sane quidem, nisi fallitur, idque cum patribus Concilii Aquisgranensis, qui A. C. DCCCXVI. eamdem in sententiam concesserunt. Sed delibare paucula iuuabit; quamquam non ignari sumus, tonsuram uesterum ab ea, quae nunc in ecclesia Romana uiget, multum discrepasse ⁴⁰⁾. Num et SIMEON, Thessalonicensis archiepiscopus, uestera cum nouis misceat ⁴¹⁾, alii, quibus plus est otii, excutiant. At ille ritum, quo initiari Lector solet, explicans, adposito omnino in rem nostrarum: η ἀφίλεστος, ait, τῶν τριῶν τὴν πεθέωστιν σημαῖνει, ὅτι αἱ τρίχες ὅλες τῆς σώματος ἐξανθίζουσαι· καὶ απαρχὴν θεοῦ προσενεγκθῆναι εἰς τὴν ἀνθεότε σημαῖνει, id est, ceu I. Morinus conuertit, *capillorum detracatio et refectio consecrationem significat*. Capilli enim totius sunt corporis flocculi de eo efflorescentes, qui detractione sua indicant primitias ab homine Deo offerri. Ipse autem I. MORINVS pariter nonnulla habet ⁴²⁾, quae hic adnotasse non pigebit; Graeci, inquiens, non habent tonsuram a primo gradu ordinationum distinctam. Solent tamen parvulos tondere, et ueste clericali induere, ut hac ratione parentes ostendant, se filios suos ecclesiae consecrare. Hanc tonsuram tradit presbyter, nec aliiquid operari censetur. At si episcopus eam conferat, illa tonsura Lector creatur, quod docet canon XIV. Concilii Nicaeni II. et quibusdam interiectis: Sic etiam antiquitus puelli per capillorum tonsuram militiam ecclesiasticae uocabantur, cuius rei fidem faciunt antiqui diuinorum Officiorum Ordines, et antiqua Sacramentaria; ut uidere potes in Ordine Romanow, et Hugonis Menardi Sacramentario Gregoriano. Haec ille. Et

[b] 2

omni-

40) PLATO in Alcibiade I. tom. II. opp. ed. I. Serrani p. 120.

41) *De diuini officiis*, L. II. c. 4.42) vid. IOS. BINGHAM orig. eccl. vol. II. L. VI. c. 4. §. 16. et MATTH. LARROQUANVS in *adversarii facies*, p. 102. seqq.43) *De facies ordinationibus*, C. II.44) In *Commentario de facies ecclie ordinationibus*, p. 185.

omnino rectius a feruis tonsis omnem illam duci caerimoniam persuasi sumus. Namque monachi et clerici, qui ecclesiae se dedicarunt, capillos ponere, et per capillos se offerre dicebantur. LEO Ostiensis ^{tt)}: *Hermenfrid - - subdiaconus, inquit, se ipsum obtulit per capillos capitis sui Praeposito nostro. Et PAVL LINVS canit ^{uu)}:*

*Ponat capillos oneris et uelaminis
Seruus fidei, et liber fidei.*

Quibus iungi debet F A V S T V S ^{xx)}, de Floro quodam ita scribens: *Veniens ante sacrofanum altare, adstante B. Mauro cum omni congregacione, iubente viro Dei, Rex primus post eum de coma capitis eius totundit, deinde quicunque ex optimis uoluit ^{yy)}. Et hic adeo uidemus, saeculo post Christum natum sexto iam inualuisse morem, ut puerorum comae religiosa quadam ratione tenerentur, et quidem uel a rege, uel a quodam optimatum, ad quem illud, quidquid fuerat honoris, potissimum deferre placuit.*

Sequitur, ut eos, qui capillos puerorum totonderunt, aut, quod idem esse uidebatur, suscepserunt, in ecclesia *spirituales*, atque citra hunc respectum, per adoptionem patres esse factos, aliquot exemplis commostramus. Veterissimum eorum, quod sciamus, ANASTASIVS cognomento Bibliothecarius suppediat ^{zz)}. *Hic, inquietus, (Benedictus II. pontifex Romanus) una cum clero et exercitu suscepit mallones ^{aaa)} capillorum domini Iustiniani et Heraclii, filiorum clementissimi Principis (Constantini Pogonati*

^{tt)} L. I. c. 49.

^{uu)} *Carm. XIII.*

^{xx)} In vita S. Mauri, num. LIII.

^{yy)} Plura loca, idem fore ostendentia, ex antiquis memorat scriptoribus C. DV FRESNE, in *Glossar. med. et inf. Latint. voc. Capilli*; qui etiam sub voc. *Capitatoria*, legem Salicam, tit. 68. profert, ex qua huius follementatus Christianae cum barbarioris Romanis conuenientier hand obfice intelligitur.

^{zz)} De uita Romanorum pontificum, A. C. 684, num. LXXXII.

^{aaa)} Qui Graece παππός, et Latine cirri dicebantur. vid. DV FRESNE, d. l. voc. *Mallones*. Obferunt autem L. A. MVRATORIVS, hoc vocabulum dialeto Mutinensi hodienum usurpari solere, in *Hist. Italiæ*, tom. IV. p. 193. ed. Germ.

gonati imperatoris,) simul et iussionem, per quam significat, eosdem capillos direxisse. Alterum non absimile PAULLVS ille Diaconus exhibet his uerbis bbb): Circa haec tempora Karolus (Martellus) princeps Francorum, Pipinum suum filium ad Liutprandum direxit, ut eius iuxta morem capillum susciperet. Qui eius casariem incidens ei pater effectus est, multisque eum dictatum muneribus genitor remisit. Neque uero disparem in barba cacerimoniam adhibuerunt. Barbam enim consecrari ac tonderi sibi passi sunt, qui habitum monachicum expetierunt; sicut etiam Iordanum, Episcopum Lemouensem, idem factitasse, ADEMARVS Cabanensis auctor est ccc). Quod uero illuc, comam incidere, dicebant, illud hic cum primis formula, barbam tangere, exprimebatur. Pauca iterum exempla rem conficiunt. Misericordia AIMONIVS ait ddd), Clodoueus legatum suum, nomine Paternum, ad Alaricum regem Gotorum, ut - - - uoluntatem eius agnoscferet, quo in loco ambos reges sibi pro utriusque regni utilitatibus colluctatores oporteret occurvere, et Alaricus iuxta morem antiquorum barbam Clodouei tangens, adoptiuus ei fieret pater. Et PAULLVS Diaconus ccc): Duos fratres, Tafsonem et Caccone, Gisului, ducis Foroiulensis filios, Gregorius, Patricius Romanorum, in ciuitate Opitergio dolosa fraude peremuit. Nam pronittens Tafoni, ut ei barbam, sicut moris est, incideret, eunque sibi filium faceret, ipse Taso cum Caccione, germano suo, et electis iuuenibus, ad eundem Gregorium nibil mali metuens aduenit. - - - Gregorius uero Patricius propter iusurandum, quod dederat, caput Tafonis sibi ferri iubens, eius barbam, sicuti promiserat, perierunt abhiciunt. Nec indignum memoratu esse arbitramur, accidisse aliquando, ut quis ipse suam, sive comam, sive barbam tangeret, eoque seruum se alterius futurum, alteri significaret. Huiusmodi

[b] 3

comodi

bbb) *De gestis Langobardorum*, L. VI. c. LIII. Male autem HOR. BLANCVS ad h. I. in L. A. MVRATORII *Scriptoribus rerum Italicarum*, T. I. p. 508. adnotauit, obfernisse I. MABILLONIVM, morem hunc (capillos incidenti) *Pippino primum fortasse introductum apud reges Francorum*, cact. quum id potius a MABILLONIO sit dictum, ab eo tempore reges Francorum, opinione quidam sua, capilos in orbem compitos gestasse, quam antea, res AGATHIA, solleme fuisse Francorum regibus, intonsem habere conatus a pueris inuestigantibus utrumque in humeros capillorum curvis, anteriorius capillis a fronte disprimantur. In praef. ad Acta SS. Ord. S. Benedicti, facie. III. p. V. Et qui Pipinus, cui, Paullo teste, capilli iuxta morem sunt incisi, primus eum morem introducere quinisset?

ccc) Vide, ut scribendi operam comprehendaciamus, DV FRESNE, c. l. voc. *Barbae benedictio*.

tempodi deditio nem fecisse dicitur Rex Bulgarorum, de quo ANASTASIVS Bibliothecarius ^{fff)}: *in tantum pietas creuerat principis, et abundabat circa bratum Petrum uenerationis affectu, ut quodam die manu propria capillos suos adprehenderit, et, contemplantibus cunctis, se Romanis Missis tradiderit, dicens, omnes principes et cuncti principes Vulgarorum terrae cognoscant, ab hodierno die, me seruum fore post Deum beati Petri, et eius vicarii.* Magis vero singulare est, quod eadem deditio per utrumque comae pariter ac barbae symbolum simul facta esse, a PAVLO AEMYLIO referatur, quem in ea re auctores ueteres et fide dignos sequi, nulli dubitamus. Ita autem ille ^{ggg)}: *Ad primum nuntium uicti Desiderii nobiles Longobardorum, Spoletein ducatus incolae, qui auxilio aduersus Francos Desiderio ire recusarent, Roman profecti, in fidem Pontificis uenientes cepillam barbamque ponebant: quod apud eos sanctioris deditiois argumentum erat.* Et uerissime hic quidem scriptor omnem ritum illum deditiois sanctioris argumentum dixit, quum id omnia exempla clament. Nam quod *patris*, siue *patris* per adoptionem toties ab ipsis nomen usurpatur, istud, caue, aliter accipias, quam si illi susceptoris, aut sponsoris, appellatione uti uoluissent. Nimirum hoc IDACIVS, ueteris historicae et chronographicae collectionis auctor ^{hhh)}, quam planissime ostendit, *patrimum uocans*, quem ab AIMINO patrem adoptiuum nominari supra uidimus. Sic autem ille: *Clodouerus, rex Francorum, et Alaricus rex Gothorum, qui sedem Totoriae habebat, post multa praelia, quas inuicem gesserunt, intercedentibus legatis cum pacem mire coepisseni huius conuenientiae, ut Alaricus barbam tangeret Clodouei effectus patrini, perpetuam ad inuicem pacem seruarent, caet.* Igitur nec onus quoddam maius hisce capillorum, aut barbae susceptoribus imponi poterat, quam illi generi sponorum, qui olim in baptismo, adulorum maxime, nec alere, nec educare, eos tenebantur, pro quibus sponderunt: etiam si patrum instar pis monitis, consiliisque, uitam regere, et commoda illorum adiuuare, ipsa etiam religio suaderet; prout uicissim illi quoque, se haud umquam commissuros esse, sanctius pollicebantur, ut ipsorum pietas aut studium aduersus eos, qui parentum nomen, teneri

^{ddd)} *De gestis Francorum*, L. I. c. 20.

^{eee)} *De gest. Langobard.* L. IV. c. 40.

^{fff)} Praefat. ad VIII. Concil.

^{ggg)} *De rebus gestis Francorum*, L. II. ubi de Carolo M. agit, p. 57. ed. Basil. 1601.

teneri adfectus et amoris magnitudine, promeruerint, ulla re desiderari posset. Atque haec quam ita sint, iam elucescit, eadem propemodum de hoc adoptionis genere dicenda esse, quae aliquoquin juris pontificii doctores de cognatione spirituali tradiderunt: nisi quod officia, ex sponsione baptismali orta in primis ad spiritualem uitam dirigendam, atque illa ex adoptionis ritu uenientia uel maxime ad uitae temporalis commoda tuenda et amplificanda, pertinuisse uideantur. Ut enique uero rem accipiamus, cuncta eius attributa per se etiam loquuntur, adoptionem illam plane imperfectam, atque secundariam tantummodo fuisse.

Iam promissi compleuisse summam, atque ordinarium prolationis modum solum excessisse, forsitan uidebimus; sed coronidem imponere iubabit ex historia IORNANDIS ⁱⁱⁱ⁾, qui, quum Dicenei Boroistae in Gothiam aduentum, illius summa in hanc gentem merita exposuisset, ad extreum addit: *Elegit ex eis* (Gothis qualibet ab ipso liberali disciplina eruditis) *nobilissimos prudentiores viros* ^{kkk)}, *quos theologiam instruens numina quedam et facella uenerari suavit*, *sicutque sacerdotes, nomen illis Pileatorum contradens, ut reor, quia opertis capitibus tiariz, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant: reliquam uero gentem Capillatos dicere iussit*. Seilicet non eo animo hoc Dicenei institutum memoramus, ueluti eccliae Romanae purpuratos, horum imitatione, pileo, seu eminentioris dignitatis inter sacerdotes argumento, ac praecepito insigni, exornatos esse opinemur: sed id ipsum tamen Pileati nomen in memoriam hos nobis renuciat. Et quum Pontifex Romanus nunc uel maxime id agitare, atque imo pectora iam conclusisse referatur, ut in locum Cardinalium, qui haud ita pridem uita excellerunt, alii sufficiantur: inde quidem GOT'TLOB THEODORICVS MILLERVS, filius meus, et supremae classis in Gymnasio antesignanus, *de ecclesiae Romanae purpuratis, quos Cardinales appellant*, eorumque originibus ac dignitate, *tras C. D.* dicere intituit. Nisi ergo temerarium et audax uideatur, viros summos et eruditissimos ad audiendam adolescentuli orationem conuocare, quaeco VOS, quicunque

hhh) In H. CANISII *thesauro monumentorum ecclesiasticorum et historiarum*. tom. II. part. I. ad A 780.
p. 190. ed. I. Bafragiti.


iii) *de rebus Geticis*, c. XI.

kkk) *Vel, ut l. c. cap. V. dixit, his, qui inter eos generosi exstabant.*

que Reipublicae regundae, Gymnasioque praeisdetis, Vosque omnes, quibus bonae litterae curae cordique sunt, ut tironem nostrum gratioso atque frequentissimo concursum ad maiora excitetis, animumque eius ita incendatis, ut in iis fieri ius fasque est, qui aliquando uel ecclesiae, uel reipublicae decentem atque salutarem operam prestatore uelint. Ita VOS demisse, pie, ac humaniter rogamus, utque DEVS instituto faueat, pre-
eamur. P. P. in Gymnasio Vlmensi, a. d. VI. Octobr.

A. R. S. M DCC LXVI.





Wlm, Diss., 1676/1766

ULB Halle

006 609 201

3



St.

W 18
W 18





Farbkarte #13



B.I.G.

DE

OPTIONE IAM ATQVE BARBAM

SIO HISTORICO - CRITICA

AVCTORE

IE PETRO MILLERO

ORE, HISTORIARVM ET GRAECAE LINGVAE
REIPVBЛИCAE PATRIAE BIBLIOTHECARIO,
ADEMIAE SCIENTIARVM BOICAE SOCIO
IETATIS ELEGANTIORVM LITTERARVM
EGA, ATQVE ITEM SOCIETATI LATINAЕ
OVCALI TEVTONICAЕ HELMSTADIensi
ADSCRIPTO HONORARIO.

V L M A E,
VD AVG. LEBR. STETTIN.

XXVII

1766, 1
262

7